

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Tractatus theologicus de doctrina christiana s. de rudementis christ. fidei -  
Ettenheim-Münster 99

**Cartier, Gallus**

**[S.I.], [18. Jahrh.]**

Caput 4tum

[urn:nbn:de:bsz:31-110904](#)

82.

ter, declaretur. Hoc Sacramentum confort conjugibus, pater augmentum gratiae habitibus, etiam gratias actuales ad liberos pie educandos, ad sustinenda matrimonii onera, ad mutnam pacem conservandam.

Q. 2. An probari posse ex Scriptura Matrimonium a se Sacramentum?

187. P. Afirmative. In hanc rem adducuntur verba Christi de Matrimonio Matth. 19. Dicentis. Quod Deus conjunxit homo non separaret. Item et Aliud Apostoli Ephes. 5. Sacramentum hoc: Matrimonium nempe, magnum est; Ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Sed de his in Theologia finis.

188.

#### Caput 4. tum

De Virtutibus Cardinalibus, De misericordia et ejus operibus, et de otio beatitudinibus.

Q. 1. Quid sunt virtutes Cardinales?

P. Sunt quædam virtutes morales, quæ veluti cardines seu fontes ac capita reliquum existunt. Dicimus Morales, quia morum honestatem duntur et respiciunt, et per hoc differunt à Virtutibus Theologis, sive Fidei, Spes, et Charitate, quæ Deum immediate pro objecto habent.

189. Q. 2. Quot numerentur Virtutes Cardinales?

P. Quatuor. 1. Prudentia, quæ est virtus secundum honesti rationem praesciens, quid expectandum, quid fugiendum sit. 2. Justitia, quæ aequum suum tribuitur. 3. Temperantia, quæ est moderatio voluptatum carnis, quoad gustum præserendum et tactum. 4. Gastitudo, quæ labores omnes, et mortis pericula constanter perferuntur.

Q. 3<sup>d</sup>. Quid sit misericordia?

83.  
190.

R. Est virtus, qua nos ex compunctione inclinat ad subveniendum aliena miseria.

Q. 4<sup>d</sup>. Quot sint hujus misericordie virtutis opera?

R. Opera misericordiae sunt corporalia, tunc spiritualia. Septem utroque genere numerantur. Spiritualia haec sunt: 1<sup>o</sup>. Consilium iuvare indigentem. 2<sup>o</sup>. Corrigere peccatum. 3<sup>o</sup>. Docere ignorantem. 4<sup>o</sup>. Consolari afflictum. 5<sup>o</sup>. Remittere offensam.

6<sup>o</sup>. Patienter ferre injurias. 7<sup>o</sup>. Orare pro vivis et defunctis, ac persequenteribus nos: que omnia hoc unico versu comprehenduntur,

Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.

Opera misericordiae corporalia vero sunt sequentia, 1<sup>o</sup>. Bascere esurientem.

2<sup>o</sup>. Dotare patientem. 3<sup>o</sup>. Colligere hospitem. 3<sup>o</sup>. Operire nudum. 5<sup>o</sup>. Visitare infirmum, et carcere detentum. 6<sup>o</sup>. Redimere captivum. 7<sup>o</sup>. Sepelire mortuum. Tua sequenti versu concluduntur.

Visito, poto, cibo, redimo, tejo, colligo, condo.

Hae humanae pietatis officia hominibus praesertim Christianis adeo aperta sunt, ut ulteriori expositione hic non indigeant.

Q. 5<sup>d</sup>. Quot sint beatitudines, longuitates, a quibus homines beati denominantur?

R. A Christo Domino agnus I. Matthaeum orto numerari, quae sunt maximi*m*erci*s*er*i*o*n*is*is* her*o*i*c*i*o*i*u*i*s* actus prae*u*ni*u*ar*u*um virtutum, ab eodem Christo Domino eximie commendati, quando dicit: 1<sup>o</sup>. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum. 2<sup>o</sup>. Beati mitis, quoniam ipsi possidebunt terram. 3<sup>o</sup>. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. 4<sup>o</sup>. Beati qui spernunt et si-

84.

tinunt justitiam, quoniam ipsi satubuntur.

2d. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. 3d. Beati mundi-

conde, quoniam ipsi Deum videbunt. 4d.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

5d. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum.

Hac omnia clara sunt; unde alio opus non est, si veram beatitudinem consequi desideremus, quam ut conener ad has beatitudines pervenire, ac in heroicis istis virtutum actibus nos exercere studeamus. Labor brevis erit, quem exigit merces magna nimis.

Hic aliqua adhuc addenda forent de Consilio Evangelicis; verum de iis fusius agemus in sequenti Tractatu de Status Religioso.

Hinc.

I 846